



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

Vulgata Translatio, Qvae Pvtatvr Esse Hieronymi Qvod ead Codicum  
Græcorum, & veterum collatione emendauerit, illis tantùm, quæ sensum  
videbantur mutare, correctis, vtidem insinuat præfatione in ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

VVLGATA

TRANSLATIO, QVAE

PVTATVR ESSE HIERONYMI QVOD

eam Codicum Græcorum, & veterum collatione e-

mendauerit, illis tantum, quæ sensum videban-

tur mutare, correctis, vt idem insinuat

præfatione in Euangelistas ad

Damasum.

11. **H**omo quidam habuit duos filios. 1.
12. Et dixit adolescentior ex illis Pa- 2.  
tri, Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me  
contingit. Et diuisit illi substantiam.
13. Et non post multos dies, congregatis omnibus a- 3.  
dolescentior filius peregrè profectus est in regionem  
longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam vi-  
uendo luxuriosè.
14. Et postquam omnia consummasset, facta est fa- 4.  
mes valida in regione illa, & ipse capit egere.
15. Et abiit & adhaesit vni ciuium regionis illius. 5.  
Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos.
16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis 6.  
quas porci manducabant: & nemo illi dabat.
17. In se autem reuersus dixit. Quanti mercenarij 7.  
in domo patris mei abundant panibus: ego autem  
hic fame pereco.
18. Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei. 8.  
Pater peccati in celum & coram te.
19. Iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me si- 9.  
cut vnum de mercenarijs tuis.
20. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem 10.  
adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & miseri-  
cordia motus est, & accurrens cecidit super col-  
lum

- lum eius, & osculatus est eum.
11. 21 Dixit q̄, ei filius, Pater, peccati in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.
12. 22 Dixit autem pater ad seruos suos. Cito proferre stolam primam, & induite illum, & date annulū in manu eius, & calceamenta in pedes eius:
13. 23 & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur:
14. 24 quia hic filius meus mortuus erat & reuixit: perierat & inuentus est. Et cœperunt epulari.
15. 25 Erat autem filius eius senior in agro, & cum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum:
16. 26 & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent.
17. 27 Isq̄, dixit illi, Frater tuus venit & occidit patrem tuum vitulum saginatum, quia saluum illum recepit.
18. 28 Indignatus est autem, & volebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illum.
19. 29 At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam dedisti mihi hædum vt cum amicis meis epularer:
20. 30 sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit, occidisti illi vitulum saginatum.
21. 31 At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecumes, & omnia mea tua sunt,
22. 32 Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.